

**Syntagma Theologica Sive Principalis Theologiæ  
Tractatus**

**Lourenço, Agostinho**

**Leodii, 1694**

S. Ignatius De Loyola Anagramma.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80131](#)



# S. IGNATIUS DE LOYOLA.

*Anagramma.*

O IGNIS ILLATUS A DEO.

XENTERATO Manresæ è fili-  
cibus Igni , quæ illapsa in ci-  
neres penè deferbuerat , scin-  
tilla officiosè præludit , ut à  
fornace , quâ anteà incaluit ,  
iterùm recalescat : inflammari  
me herclè gestit , ut fæcem , quam ab incude  
contraxit , prorsùs excutiat , nam si quid er-  
ravit calamus , sub IGNATIO emenda-  
tum iri , quis nesciet ? Non aliundè fortu-  
natiùs lucem ambiret , quâ in Orchestram  
splendidiùs emergeret , quâ ab illo , qui in  
ignes sensim colliquescens , fumo caret , so-  
lùm quidem in hoc illi adnubilavit fortuna ,  
quod caruit fumo. Vereri nesciet , quod te-  
nebris delitescat , aut opus squaleat , quod in  
monumentum ære perennius , regaliq[ue] situ  
pyramidum altius unà cum corde sifit , & ap-  
pendit ; Lampas enim , cui excubat , exen-

ā 3

tera-

terabitur in flamas , quas illi largè imperiat , ut vermiculatim strietur , tesselatim radiet , discretim illuceat , nè mori discat , aut supponi cineri doloso . Fumosum opus ab igne debuit purgari , qui fuscari ignorat , ut amandatâ in exilium caligine , quod à luce longè deflexerat , in lucem redeat . Sub **IGNATIO** laboris nostri pensum carpi nesciet , aut livoris penso incisim discerpi , tametsi livor eò mordicùs scalpat , ut vel mordeat ulcerosum ; fila enim , quibus hoc pensum obvolvimus , evadent aurea , è Cantabricâ licet regione chalybis feracissimâ Parens noster evadat ; ab hac fornace splendorem exantlabunt , haurientque , ut aurum ab igne , lucidiùs emicare : Senescent nunquam , & si senescant , ut juvenescant , senescent ; Phœnix siquidem , sub quo **IGNATIUS** adumbratur , senescit , ut juvenescat , sepulchrique leges æternitatem æmulaturus longè proscribit , & ad cineres identidem incalescens , quibus alii frigescunt , busto superstes , sibi , & labori nostro , ut suspicari fas est , vitæ exordium auspicabitur ,

## AD MAJOREM DEI GLORIAM.



INDEX